ante mentis oculos habuit,
sicut in ~~est~~ cives actibus apparuit.
Nam pro Christi nomine cruce
signatus, cum magnis sump-
tibus ad subsidium terre sanc-
te transfretavit, qui in eodem
itinere mortuus ~~est~~ et spe-
ratur regno celestia prome-
ruit, superne Jerusalem
civis effectus. Hic cum pro-
ficisceretur ad liberacionem
Jerusalem terrestris, beate
Elyzabeth uxori sue ad omnia
exercenda que ad hono-
rem dei spectant, in rebus
suis liberam tribuit facul-
tatem, utilem anime sue
illam relinquens heredem.
In hiis omnibus que dicta
sunt, predicta Guda Ysen-
druchi jurata concordat,
quia tunc simul erant in
famulatu sancte Elyza-
beth.

(Caput decimum quartum)

Post mortem Ludewici Lant-
gravii suggestione sathane
qui dominum commovit adver-
sum justum Job, ut afflige-
ret eum frustra, quosdam
vasallos mariti sui adversus
ejus derelictam, beatam scili-
cet Elyzabeth, sine causa
commovit et eam miserabi-
liter satis de castro et